bus conficiant sua nomina. Si enim diceretur hoc a. bu-  
ius atis: nō esset amplius nomē illius littere in obliquis. si  
militer de vnaquaq; littera siue vocali siue cōsonate: qua-  
re nomina elementoz indeclinabilia remanserunt. Signi-  
re accidunt quas videm⁹ in singulis litteris. Potestas vō  
est ipsa p̄nunciatio: propter quā et figure et nomia sunt in-  
uenta. Diuiditur tamen potestas littere in substantialem  
et accidentalem. Substantialis potestas litterarū est litte-  
ram eē vocalem vel cōsonantem: semiuocales vel mutaz.  
Accidentalis vō est multiplex: videlicet correptio: produ-  
ctio: aspiratio: leuitas: liq̄scētia: duplicitas: imutatio: trās-  
mutatio. Ordo etiam accidit litteris: sed nō signat eis pro-  
accidente: qm̄ pars dicit esse potestatis. Or̄ eniz aliqua l̄ra  
p̄ponatur vel postponat in syllaba: hoc habet a mō p̄nū-  
ciandi: qui nihil aliud est q̄ potestas. Accidit ergo ordo  
litteris: qui quis in syllabis dinoscit. tñ qz coniunctus eē

videtur  
lum ei  
cer: su  
Subi  
post e  
lōga s  
bus n  
dictū  
Et p̄n  
prepo  
quē  
pi. so  
eade  
graph  
adiec  
ante  
sitiu  
scrib  
tium  
ra in  
p̄re  
ergo  
quē  
mac  
ben  
ban  
sylla  
ars.  
mu  
abd  
act  
sed  
sic  
nit  
vt  
ten  
tit  
no  
p̄  
qu  
ma  
ci  
ter  
lat  
ca  
bo  
tu  
et  
d  
te  
p  
v  
n  
h  
f  
g  
f

videtur euz potestate elemētoꝝ: nō absurdū puto nunc illi  
 lum ei subiungere. Sunt ergo vocales prepositiue videli-  
 cet: subsequētibus alyꝝ vocalibus i. e. i. e. i. e. o. o.  
 Subiunctiue e. u. vt ae. au. eu. oe. J. quoq; apud antiquos  
 post e. ponebat: et ei diphthongon faciebant: quā pro omni i.  
 lōga scribebant more antiquoꝝ grecoꝝ. Diphthongi autē q̄  
 bus nūc vtimur sunt quatuor. s. ae. au. eu. oe: de quibus supra  
 dictū est. ¶ Nūc ergo de ordine consonantiū videamus.  
 Et p̄mo de ordine semiuocaliū. In semiuocalibꝝ sunt alie  
 prepositiue alyꝝ semiuocalibus in eadeꝝ syllaba: vt m. se-  
 quēte n. vt amnis: damnū: somnū: hymnus. Et vt dicit Pa-  
 pi. somniū: somnū: et cetera similia que habent m. ante n. in  
 eadem syllaba debent pronūciari. et Martianus in ortho-  
 graphia sua dicit: q̄ littere que inter se copulari nō possunt  
 adiecta alia littera sociātur: vt m. et n. cum nō coeāt vocali  
 antecedēte vniunt: vt in omni: et in somno. S. quoq; prepo-  
 sitiua est sequēte. m. vt smirna: smaragdus: per s. nō per z.  
 scribi debet. Nam vt dicit Priscianus in p̄mo maioris. Vi-  
 tium faciūt qui z. ante m. scribūt. Nūq; enim duplex litte-  
 ra in capite syllabe posita potest cū alia iungi consonante.  
 Preterea s. frequēter liquescit in metro. z. vero non. Sic  
 ergo ille versus posset culpari si smaragdus scriberet p z.  
 quē ponit Lucanus in decimo libro. Terga cedēt crebro  
 maculis distincta smaragdo. Si vero ibi scripta cessat rep̄-  
 hensio. Nam s. frequēter liquescit in metro: et ideo illa sylla-  
 ba ma potest ibi corripī: vt supra ostēsum est. In fine autē  
 syllabe oēs liquide solēt ante s. poni: vt plus: hyems: mōs:  
 ars. Similiter ante x. excepta m. vt falx: lanx: arx arcis. In  
 mutis p̄ponunt b. et g. sequēte d. vt bdellius genus lapidis:  
 abdomen: nigdonides. L. vero et p. p̄ponunt sequente t. vt  
 actus: lectus: diphthongus. vñ peccāt qui syllabicant actus:  
 sed debet syllabicari a ctus: qz c. cū t. sunt eiusdeꝝ syllabe: et  
 sic de oibus p̄dictis et similibus. Semiuocalis nulla prepo-  
 nitur mutis: nisi s. sequēte b. vt asbestus: asbutes. L. vel q.  
 vt scutū: squalor. p. vt spes: spera. T. vt status. ante aliā au-  
 tem nullā mutarū. ¶ Dic nota q̄ sicut dicit Prisc. p. nō pa-  
 titur r. ante se in eadē syllaba. ¶ Si autē obiciat de hoc  
 noie stirps: in quo. r. ponit ante p. in eadeꝝ syllaba. dico q̄  
 Prisc. intellexit in p̄ncipio syllabe. P̄ncipiū autē voco: qz  
 quid est ante p̄mā vocalē. Cū ergo p. nō patiat r. ibi ante p̄-  
 mā vocalē cessat obiectio: p̄t etia aliter dici. Quod. n. di-  
 cit Prisc. intelligit qm̄ p. sumit in vi sua et simpliciter: ibi au-  
 tem nō sumit. p. simpliciter siue in vi p̄pria: imo ps. ibi col-  
 laterales sumunt p̄ vna figura que est apud grecos: et vo-  
 catur psi. et huius est figure. ψ. Et vt vult Prisc. in p̄ maio.  
 hoc interest iter elemēta et litteras: qz elemēta p̄prie dicun-  
 tur ipse. s. p̄nūciationes. note autē earū littere. abusiue tñ  
 et elemēta pro litteris: et littere pro elemētis vocant: cū enī  
 dicimus nō posse cōstare in eadē syllaba r. ante p. nō de lit-  
 teris dicimus: sed de p̄nūciatiōe litterarū. Nam q̄tū ad scri-  
 pturā possunt cōiungi: nō tñ etiā enūciari: nisi postposita r.  
 vt p̄nceps. Mute vero semiuocalibus p̄ponunt. Liquide  
 absq; m. oēs pene oibus: vt bl. blādus. cl. clar. dl. abodlas  
 nomē barbarus. gl. gladius. tl. atlas. pl. planus. fl. flauus.  
 bn. abnuo. sed ibi b. magis est superioris syllabe: qz p̄positio  
 syllabicari d̄z per se. en. enidus. cr. crudus. dn. ariadne. gn.  
 gneus. tn. etna. pn. terapne. br. vmbre. cr. crebre. dr. draco.  
 fr. frater. gr. grat. pr. pratū. tr. tract. Ante m. aut iuenit c.  
 d. g. t. sic piracnō: alcmena: dragma: admet: ritmos. p. p̄  
 ponit huic littere s. in p̄ncipio syllabe: vt ipse: psitacus: et sic  
 cōstat qz p. et s. debēt simul syllabicari. B. ante s. vel t. nun-  
 quā iuenit in p̄ncipio syllabe: nec etiā stare p̄t: et iō b. con-  
 uertit in p. vt nubo nupsi nuptū. Analogia enī regrebat b.  
 in p̄terito et supino: cū esset b. in p̄senti: sed euphonia cogit  
 scribi per p. et nō per b. dictas dictiones. vñ Prisc. in fine p̄-  
 mī maioris dicit. Nubo nupsi: scribo scripsi faciunt: q̄uis

analogia per b. cogit scribere: sed euphonia supat: que etiā  
 nuptam non nubtam: et scriptum nō scribitum. compellit p  
 p. non per b. dicere et scribere.

De syllaba.

**Aliso de littera:** Nūc videndum est de sylla-  
 ba hoc modo. P̄mo quid sit  
 syllaba: quot litteris cōstare videat et potest: et quo ordine.  
 Secundo de litteris terminantibus syllabā. Tertio de ac-  
 cidentibus singulis syllabe. ¶ Scias ergo qz syllaba: vt di-  
 cit Prisc. in. z. maio. est cōprehensio litterarū cōsequēs sub  
 vno accentu: et vno spiritu prolata. abusiue tamē et singula-  
 rium vocaliū sonos syllabas nominamus. Possumus tñ et  
 sic diffinire syllabā. Syllaba ē vox litteralis: que sub vno  
 accentu: id est vno spiritu indistanter profertur. A singulis  
 tamen incipiens nō plus q̄ sex litteras procedere syllaba  
 potest in latino sermōe: vt ab: ars: mars: stans: stirps. ¶ Et  
 notādū est qz syllabe q̄ ex singulis cōstāt litteris: nō plu-  
 res sunt q̄ ipse vocales ex quibus fiunt. Quot autem ex  
 amplioribus innumerabiles. Nulla syllaba tres vocales  
 habet. vnde u. et i. non aliter iunguntur diphthongis: nisi lo-  
 co posite consonantium. u. tamen etiam tunc iungi potest  
 diphthongo cum amittit viz littere: vt quae: linguae. Sepe  
 inueniunt p̄ duabus vocalibus iūctis: hoc est p̄ diphtho-  
 go singule vocales posite: vt plostrū p̄ plaustrū: et inquirō  
 p̄ inquaero: et vbiq; p̄ eu diphthogo e. pdu. vel i. Que singu-  
 larum l̄rarū sunt. s. syllabe ex vocalibꝝ: vt dictū est cōstāt:  
 vt a. et e. et c. Que autē ex duabꝝ cōstāt: vel a vocalibꝝ fiunt:  
 et inuenit diphthongus in ae. oe. vel a vocali et consonāte ante  
 vel sequente: antecedēte vt da. ante vt ad: nō plures tñ q̄  
 tres cōsonātes antecedere vocalem nec rursus cōseq nisi  
 tres possūt. ¶ Sed hic notādū est qz si antecedūt tres cō-  
 sonantes nō possunt nisi due cōsequi vocalē: vt mōstrans:  
 nec itez si cōsequant tres: nō possunt antecedere nisi due:  
 vt stirps. Si autē cōsonātes syllaba terminet in consonāte necesse  
 est et sequētem a cōsonante incipere: vt artus arduus: nisi  
 sit compositū: vt abeo: adeo: pereō. Derodianus tñ de or-  
 thographia ostendit rōnabili esse sonoziusq; q̄tum ad ipas  
 vocis plationē: in cōpositis quoq; simpliciū regulā in or-  
 dinandis syllabarum litteris seruari. Sed extra eū sic obij-  
 citur. ergo oblit: oblatu: obruo: abrado: et similia. si. b. trā-  
 sit in scōam syllabā: more simplicium dictionū p̄mā cōez  
 habere in metris opz: vt posset etiam corripī: sed hoc nusq;  
 iuenit. ¶ S. Circūeo et circumago: et filia nō paterent eli-  
 sionem m. in p̄nūciatiōe. si trāsiret in sequētē syllabā. m.  
 Nec in p̄hibeo: exhibeo: inhumat: anhelō: ihibeo: adhuc:  
 adhinc: et silibus scōe syllabe p̄ncipalis aspiraret vocalis:  
 si terminalis cōsonās p̄positionis in eam trāsiret: quō in  
 istic: istoc: et hic: istec: istuc: Si vo in media dictione syllaba  
 a vocali incipiat: necesse est antecedentem quoq; nisi sit cō-  
 posita in vocalem terminari: vt pietas: curialis: pereō: ruo:  
 minuo. Est tñ qm̄ in cōpositis et subtrahit consonās: vt coeo  
 cois: qm̄q; mutat: vt comedo: vbi etiā p̄positio non syllabi-  
 catur p̄ se: sed transit ad sequētes syllabā. Itē scias qz cōso-  
 nans posita inter duas vocales semp est de sequenti sylla-  
 ba in simplici dictione: vt amo: oro: nisi geminet: tunc enī  
 vna cōsonās est de p̄ma syllaba: et sequēs de scōa: vt assus:  
 sed in cōposita dictione est de p̄cedenti syllaba: si nāliter  
 sibi coberēt: vt adeo: peo. P̄rimiales syllabe. hoc est i p̄-  
 ncipio dictionū posite ab oibus incipere l̄ris: desinere tñ nō  
 in oēs possunt: sed in has. In vocales quidem oēs a qua-  
 cunq; consonante incipiat sequens syllaba: vt mare genus  
 filius: votum: ludus. In consonantes vo si sequens syllaba a  
 vocali incipiat: nō p̄t syllabe desinere: nisi vt dictū est in  
 dictionibus que ex prepositionibus in consonātes desinē-  
 tibus: vel alyꝝ partibus orōnis sunt compositae: vt abutor:  
 obaudio: obedio: subeo: aduro. in eo: exacuo: itereo: perago:

alterutrū: transeo: Nec tñ si sequēs syllaba a psonāte incipi-  
at: s; antecedētē in quācūq; cōsonāte desinere. ḡ per sin-  
gulas psonātes: vt potero id tractare conabor.

**De littera. b.**

**B. terminat** precedētē syllabā: si sequēs quoq;  
ab eadē incipiat: vt sabburna: sab-  
batū: gibbus: gibberosus: gibber: obba. Cōposita quoq; a p-  
positiōib<sup>9</sup> i b. desinētib<sup>9</sup>: et ab alyis dictionib<sup>9</sup> a b. incipienti-  
bus: vt subbibō. q̄ tñ cōsonās c. sequēte solet plerūq; muta-  
ri in eā: vt occido: accūbo: succūbo: succino: succido. In qui-  
busdā tñ p ab. abs. ppositio cū dictionib<sup>9</sup> a c. incipētib<sup>9</sup> cō-  
ponit: vt abscondo: abscedo: abscido. Ob quoq; est qñ assu-  
mit s. tūc cū cōponit cū dictionē a c. incipētē: vt obscur<sup>9</sup> ob-  
scenus. ita dicit Prif. in. z. li. maio. S; in. 9. dicit q̄ inuenit<sup>9</sup>  
obs. a quo cōponit obscenus. vñ dicit obsoleo quoq; obso-  
leti facit. nō est enī a soleo solit<sup>9</sup> s; qd vel solui facit pteri-  
tus. s; ab obs et oleo: sic obscen<sup>9</sup> ab obs et cenādo. S; etiā se-  
quēte in eadē uertit b. vt officio: effundo: sufficio: suffero.  
vel cōuertit in u. vocalē: vt aufero: aufugio. et cōponit afe-  
ro ex ab et fero: aufugio ex ab et fugio. **R.** autē q̄re b. nō  
uertit hic in f. s; in u. vocalē ē bec: q; si scriberent ibi duo  
ff. dubiū eēt vtz eēt cōposita ex ab vel ad: cū vtraq; illaz  
ppōnū cōuertat suā cōsonāte in f. sequēte ea. Nec ē incōue-  
niens q; b. mutet in u. cū etiā u. aliqñ conuertat in b. vt ce-  
lebs. cōponit enī a celestē et vitā et ducēs. S; quoq; sequēte  
in eā trāsit b. vt suggero: oggānio. necnō ēt i subsequēte: vt  
sūmitto. p̄terea omitto p̄ ommitto dicim<sup>9</sup>. Doza. in. z. ser.  
Aut spes deponas: aut artē illusus omittas. subtrahit vnū  
m. vt p̄mā corripit. Idē patit b. subsequēte p. vt oppono:  
suppono. Quāq; tñ vt dicit magister bñ abycit b. sequēte p.  
vt op̄o: et opior: sicut d. in aperio. R. quoq; sequente p. ple-  
rūq; in eā cōuertit b. vt arripio: surripio. In q̄busdā tñ ma-  
net imutabilis: vt abrogo: abrado. et hoc fit cā d̄rie: q; si ar-  
rado: arrogo dicerem<sup>9</sup> p̄ duo r. dubiū eēt: vtrū eēt p̄posi-  
ta ex ab vel ad: cū vtraq; ppositio mutet extremā psonāte  
in r. sequēte r. Itē ob retinet b. sequēte r. vt obruo. Alyis au-  
tez q̄buscūq; lris sequētib<sup>9</sup> itegra manet b. vt abdo: obdo:  
subdo: subdolo: abhinc: abluo: sublatu: obliquo: abnego:  
obnito: subnixus. Ergo nlla nisi ppositio cogat antecedēs  
syllaba i b. p̄t desinere: nisi p̄ns quoq; ab a. incipiat: vt ostē-  
sum est in p̄dictis noib<sup>9</sup>. ita dicit Prif. in. z. li. **I**n tracta-  
tu aut ppōnū sic dicit Prif. A. ab. abs. e. ex. fere eadē signi-  
catōis vim habēt. Nā et locales et tpales et ordinales s̄l̄r i-  
ueniunt: s; qñ psonās sequit a. et e. magis pponunt in appo-  
sitiōe: vt a domo e iure. Ab vō et ex. sepissime in cōpōne: nō  
solū vocalib<sup>9</sup>: s; etiā psonātib<sup>9</sup> pponunt: vt abigo: abduco:  
exuro: excurro. In appōne vocali qdē sequēte semp: vt ab  
illo ex illo: psonāti raro. Nā a. qdē et e. vocali qdē sequēte n̄  
pponunt. Ab aut et ex. cōsonātib<sup>9</sup> sequētib<sup>9</sup> solent pponi: si  
nulla asperitas vocis phibeat. Abs tñ in cōpōne cōsonāti-  
bus solet pponi. Ab. oibus in cōpōne preponit lris absq; c.  
vel q. vel r. vt abbrevio: abduco: affat. nā b. in f. cōuersa est.  
Aufero in quo b. uertit in u. tā euphonie q; d̄rie causa: ne  
si affero dicas ab ad p̄pōne: et fero cōponi videat: vt abluo:  
abnego: ommitto: in quo b. in m. cōuertit: arripio in quo b.  
in r. cōuertit: asporto in quo b. in s. mutat: sicut et in aspello  
d̄rie cā: ne si asporto: et appello dicamus ab ad cōposita esti-  
men<sup>9</sup>. Nec Prif. vñ vsus. Ab si cōponis elemēta q̄cūq; se-  
quunt. L. q. t. tñ s̄l̄r he tres excipiunt. **E**x p̄dictis colli-  
ge q̄ hec ppositio ob: his lris sequētib<sup>9</sup> mutat b. in illas. f. c.  
vt occido. f. vt offero. g. vt oggānio. p. vt oppono. qñq; sub-  
trahit: vt opio. si aut sequat m. subtrahit b. vt omitto. vel  
mutat in m. vt ommitto. qñq; tñ itercipit s. cū dictione in-  
cipiēte a c. vt obscurus: obscenus. vñ qdā dixit de p̄dictis.  
Cur fert grex pomū nūc ob mutat in illas. **E**x p̄dictis  
p̄z q̄ opprobriū scribitur per geminū p. Cōponit enī ex

ob et probriū mutato b. in p. De ab: satis p̄z per p̄dicta. Sub  
vt vult Prif. in tractatu ppōnū his litteris sequētibus mu-  
tat b. in illas. f. c. vel f. uel g. vel m. vel p. vt succūbo: succur-  
ro: sufficio: suffero: suggero: sūmitto: sūmoueo: supparo: sup-  
pono: et sic de alyis s̄l̄ibus. In cōpositione vero mō locales  
vim retinet sub. vt subeo: suppono: subycio: submitto: sub-  
duco: subtrabo. mō diminutiua v̄z: vt subrideo: subtristis:  
suffundo. An vō sub mutet in r. sequēte r. nō facit mētionē  
Prif. in i. 4. li. in tractatu de ppōnibus. Sed in. z. li. vt d̄c̄m  
est supra. dicit Prif. q; b. sequēte r. plerūq; in eā conuertit:  
vt surripio: et. vide supra. Dicit etiā Prif. q; b. mutat in s.  
vt iubeo a quo venit iussi. Cōuertit etiā in s. causa differē-  
tie in asporto et aspello: vt supra dixi. De p̄dictis dici p̄t  
Loz: fu. ga: mel: por: ru: precedēs sub trahit ad se. quādoq;  
autē remanet b. sequēte c. vt subcinericius: ne ex succo et ci-  
nere cōponi videatur. **D**icendū est ergo succōtrarie: s;  
quidaz dicant succōtrarie per b. Quidaz etiā dicunt obce-  
co per b. s; hoc nō habeat a Prif. **I**tem nota hic q; fm  
Prif. suscipio et sustuli s̄nt cōposita a susum vel sursuz ad-  
uerbio: et nō a sub ppositione. Suscipio enim componitur  
a susum et capio. Sustuli a susuz et tuli. q; aut nō sint cōposi-  
ta a sub p̄z. Nā si in suscipio fuisset b. nō fuisset mutata i s:  
sequēte c. imo in c. sicut i succuro a sub et curro. S̄l̄r si in su-  
stuli fuisset b. nō fuisset mutatu in s. sequēte t. imo remāsis-  
set integrum: vt in subtinnio. ergo nō s̄nt pposita a sub: s; a  
susum vel sursum. Suspicoz aut et suspicio s̄l̄r sunt cōposi-  
ta a susum et nō a sub. Si enī cōposita essent a sub remāsis-  
set b. ibi. et nō fuisset mutatu i s. sicut p̄z in similib<sup>9</sup>: vt sub-  
sto et subsisto. Cōposita ergo sunt a susū vel sursum. **D**ic-  
tū sciēdū est q; s. qd erat in illo aduerbio susum subtractū  
est p̄pter aliud s. qd erat ex parte illius cōponentis. s. spica  
vel specio. naz si remāsisset ibi sicut in sustuli et suscipio ge-  
minaret ibi par psonās āte alterā psonāte. vñ dicit. Prif.  
Suspicoz quoq; et suspicio a susum vel sursum cōponunt:  
sed abyciunt vnum s. q; non potest duplicari cōsonās alia  
subsequente consonante: qm̄ nec antecedētē nisi sit muta  
ante liquidam: vt supplex suffragoz.

**L. nullam** superiorē syllabā terminat nisi sequēs  
incipiat a. c. vel a. q. vt bacca: bucca: sic  
cus: succus. q. ecquis: qcq; atq;. Ex hoc quoq; oñdit eadēz  
vim habere c. et q. Si obyciat de necdum: necne: necnon  
vbi p̄cedēs syllaba desinit in c. et tñ sequens nō incipit a. c.  
vel a. q. Dicit p̄t q; Prif. itellexit de cōpositis ex p̄ncipali-  
bus partibus. i. nomine et verbo: vel dicas q; nō sunt cōpo-  
sita: sed sunt irregulares dictionū aggregatōes sub vno ac-  
centu pferende. quicqd aut per d. scribit. Et scias q; c. cuz  
e. et i. representāt plene sonū suū: vt secus cibus. Lum a vō  
vel o. vel u. sonū habet littere k. vt caput culex coma: vt q;  
dam dicūt. **I**tē aiaduerte q; c. transit in g. n. p̄cedēte vt  
ngenti. Compositū est ergo a gnq; et centum cōuersa c. in  
g. p̄pter affinitatē quā habet g. cum n. tāta; enim affinita-  
tem habet n. cū g. q; sepe facit c. conuertit in g. p̄cedente tñ  
n. vt quingenti quadringenti: cuius signum est q; si nō pre-  
cedat n. c. non cōuertit in g. imo remanet integrū vt ducē-  
ti trecenti. De hoc etiā in g. dicam inferius.

**D. non** terminat p̄cedentes syllabam: nisi sequens  
quoq; ab eadem incipiat a simplicib<sup>9</sup> dictio-  
nibus et in plerisq; cōpositis vt ab addit vel ab addier ad-  
do reddo redduco: qd etiā reduco dicit. Uir. in. 4. Enei.  
Eiectam classē socios a morte reduxit. Dic tamen ipsa  
consonans d. in ad p̄positiōe mutat sequentibus bis no-  
uem litteris c. f. g. l. n. p. r. s. t. vt accido accūbo affectus ag-  
gero allido annuo applico arrideo assiduus assideo attin-  
go. vñ versus. Loz. fla. grans. le. nis. pi. ra. sal. ta. ad sibi mu-  
tat. Ex quo patet fm quosdā q; dicendum est assum affui:  
non adsum per d. assumus nō adsumus. **I**tem scias q; d.

aliquando non mutat sequente. p. sed abycif: vt aperio: qd co-  
ponit ex ad et pario. alig dicit qd coponit ex. a. et pario. sed  
pus dictu magis mihi placet. Subtrahit et. d. in gbusda cu  
seques dicitio icipiat a. gn. vl. sp. vl. sc. vt agnit<sup>9</sup>: aspect<sup>9</sup>: ascē-  
do. vñ vsus. Tollit ide m sequit si psona post. s. Et est rō:  
qz regula supra a. p. r. data ē. Si due pares consonates pce-  
dunt aliqua consonate vna illaz dz abyci: vt asto: ascēdo: ne  
geminatio consonatis sit ante consonate: qz nec ante consonate:  
nec post consonate dz fieri geminatio consonatis: nisi altera il-  
laru fuerit ligda. l. vel. r. vt supplico: supprimo. ¶ Sed oby-  
cif de idcirco: qd cuqz et silib<sup>9</sup>: quoz pma syllaba desinit in  
d. lz seques non icipiat a. d. Dico qd ista regula non semp veri-  
ficat in copositis fm p. r. et io fallere pot in illis. sic etia in  
his dictionib<sup>9</sup>: adeo: aduro. Alys aut sequentib<sup>9</sup> lris integra  
manet. d. in copone: vt adbibō: adhibeo: admitto: adquire:  
aduoco. Inuenit ammitto: lz coponit ex am ppone in sepa-  
rabili. Amitto eni ex. a. coponit: vt admiror: et etia amiror:  
ex ad. et ex am. ppone inuenit. Sed g. a. integra manet sequē-  
te. q. vt acquirō f. p. r. ¶ Sed obyCIF de gcqz vbi. d. mu-  
tat in. c. sequēte. q. vñ supra dixit p. r. q. d. trāsit in. c. vt  
accidit gcqz. Dico qd hoc itelligēdu ē de hac ppone ad. q. nō  
mutat. d. sequēte. q. vt adgro. sic p. r. p. textu p. r. q. d. c. Alys  
aut sequentib<sup>9</sup> lris integra manet. d. in copone: vt adbibō:  
admitto: et. semp exēplificat de ad. et sic de gcqz nō ē obie-  
ctio. vl pot dici qd hec consonas. d. sequēte. q. remanet itegra  
et nō mutat: vt adgro. ¶ Hoc aut dictu ē videf: qz cu. q. et  
c. representēt idē elemētū: videf qd sic. d. mutat in. c. sequēte  
c. vt accipit: ita etia. d. sequēte. q. sed remanet tūc imutabi-  
lis gnār in copositis ab hac ppone ad. et fere vbiqz etiaz in  
alys copositis. hoc dico: qz qñqz mutat in. c. cā euphonie:  
vt gcqz: et etia gcqd: vt dicit qdā. Alys vñ dicit qd gcqd scri-  
bit p. d. nō p. c. vñ nō mutat ibi. d. sic nec in qdqz vel qdqz.  
Nec p. r. exēplificat nisi de gcqz: vt patuit. Dicit eni. d. in  
c. vt accipit: gcqz. et sic ex vbis p. r. nō habet qd gcqd scri-  
batur p. c. ¶ Itē nota qd nullū verbū desinit in. d. vñ inqt  
scribit p. t. ¶ Uolo etia te scire qd qdā cognatio siue affini-  
tas est iter. d. et. z. vñ qdā scribētes. d. sepe expmunt. z. in so-  
no. antig eni scribebāt medēti<sup>9</sup> p. mezēti<sup>9</sup>. Silr affinitatē  
habēt in sono. d. et. sic p. r. in terminatiōe istoz noīuz: caput:  
apō. Parū eni distiguit iter. d. et. t. quo ad sonū. Itē iter. t. si-  
ne aspiratione: et. t. cū aspiratione est. d. media: vt declarabi-  
tur in. b. littera.

**S. nullam** terminat syllabā: nisi loco. b. vel. d. vel  
s. vel. x. in ppōnib<sup>9</sup> sit posita cū sequēs  
dicitio ab eadē icipit consonate: vt officio: sufficio: affect<sup>9</sup>: diffi-  
cillis: diffundo: efficio. Et ex hoc quoqz muta ē oñdī. f. fm  
q. cū oēs semivocales simplices solēt in medys dictionib<sup>9</sup>  
geminari: hec nō geminat nec terminat eas sicut ille: nisi i  
suo noie pprio. f. qñ dicit. f. Sed etia qñ. l. et. r. ppōnē liqui-  
dis moze mutarū. De offa nō ē qd: qz coponit ex ob et fans:  
et ita. f. ē ibi posita loco. b. et dī offa qñ offans. i. fantē: quia  
noceat fanti cū eius os impleat. vñ qdā. Offa nocet fanti: lz  
pdest esuriēti. ¶ Itē scias qd. f. magnā affinitatē hz cū. ph.  
in sono: vt p. r. in filius: et philippus. et scribit. f. in latinis di-  
ctionib<sup>9</sup>. ph. in grecis: nec tam fixis labris pnūciāda est. f.  
quō. ph. atqz hoc solū interest: vt dicit p. r. scianus.

**S. apud** latinos nullius syllabe est terminalis: nisi  
cū loco. b. vel. d. ponit: vt in ad. vel sub. vel  
ob. ppone: vt aggero: agger: suggero: aggānio. Est qñqz. n.  
pncipalis syllabe: et ante se assumit. g. vt p. nat<sup>9</sup> gnat<sup>9</sup>: p. no-  
tus gnotus antig dicebāt. vñ ignot<sup>9</sup>: not<sup>9</sup>: nosco: cognosco:  
nou cognoui. et post. n. c. sepe positā in. g. cōuertit: vt in nu-  
meris qdringēti p. qdrincēti: a. cētū qngēti: septingēti: octi-  
genti. ¶ Adeo eni. n. pposita facit in. g. cūerti: qd in qb<sup>9</sup>. n.  
nō est numeris seruāt. c. vt ducēti: trecēti: fescēti p. sexcen-  
ti. ¶ Ad pdictoz declarationē scias qd in his ppōnib<sup>9</sup> in. z

con. n. altera. n. sequēte plerūqz mutat in. g. vt ignosco et co-  
gnosco: ignotus: cognitus: cognatus: ignominia: ignarus. in  
quibusdā supradictis subtrahit. n. a pdictis ppōnib<sup>9</sup>: qz in  
altero coponētū inuenit. g. vt ignarus. vel addit p. pthe-  
sim: vt dicit gnosco gnoui. vñ dicendū est dinosco sine. g.  
¶ S. supinū faceret dignitū: si ibi esset. g. sicut agnituz: co-  
gnitū: et participiū preteriti passiu faceret dignitus: sic co-  
gnitus: qd tñ nō dicimus. ¶ Itē scias qd inter. c. sine aspira-  
tione: et. c. cū aspiratione media est. g. sicut declarabit in. b.  
Itē. i. consonas hz in sono affinitatē cū. g. et inde est qd plures  
scribūt magister per. g. cū rectius fm. Dug. scribat per duo  
y. vñ cōsonas et aliud vocale: vt mayster.

**h. non potest** terminare syllabā. ¶ Et si oppo-  
nat de vab. et ab. et ob. interieccio  
nibus: in gbus videf. h. terminare syllabā. Dico qd hoc fit  
per apocopam: quia perfecta sunt vocalia. vaba. aba. oba.  
Nam suuz est interiectionis proferri voce abscondita. In-  
teriectiones eni significant affectus animi: qui perturbant  
mentem loquentis: ne perfecte loqui possit. Hoc intellige  
de dictionibus latinis. Nam in theologia vtimur dictioni-  
bus hebraicis: in quibus aspirationis nota post tres mu-  
tas terminales habetur post. c. vt sadoch: post. p. vt ioseph.  
aleph: post. t. vt deleth. Itē scias qd si aspiratio ponat  
inter aliquā consonantes et vocalem sequentes in eadem  
syllaba: tūc aspiratio attribuit consonanti pcedenti et nō vo-  
cali sequenti: vt nihil philippus. Itē si dicitio incipit a vo-  
cali aspirata coponit cū alia dictione remanente vocali vel  
muta remanet aspiratio: vt rehabeo phibeo exhibeo: lz si  
abyciat vocalis: abycif et aspiratio: vt pbeo. Itē nulle ppo-  
sitiōes vel cōiunctiōes aspirant. regre supra vbi de aspira-  
tione dixi. ¶ Nota ē qd sicut dicit p. r. iter. c. sine aspira-  
tione. et. c. cū aspiratōe media est. g. Inter. t. sine aspiratōe. et  
. t. cū aspiratōe media est. d. Inter. p. sine aspiratōe: et. p. cū  
aspiratione siue. f. media est. b. sunt igiē medie. g. b. d. et dīr  
medie: qz nō ita leniter sonāt sicut ille nō aspirate: nec ita  
aspere sicut ille aspirate: verbi gratia. g. nō ita leniter sonat  
sicut. c. sine aspiratōe: nec ita aspere sicut. ch. Silr. d. nō ita  
leniter sonat sicut. t. sine. h. nec ita aspere sicut th. et io dicit  
media inter. t. sine aspiratione. et. t. cum aspiratōe. i. iter. t.  
et th. Silr. b. nō ita leniter sonat sicut. p. sine. h. nec ita aspe-  
re sicut ph. siue. f. Et ideo dicit media inter. p. nō aspirataz  
et. p. aspiratam. i. iter. p. et ph. ¶ Et notādū est qd in lenibus  
. i. in pdictis trib<sup>9</sup> consonatib<sup>9</sup>. f. p. t. c. nō aspiratis pulsus ex-  
terior est. i. circa labia: qz formant in extremitate labioz:  
vt p. r. in eoz platione. In asperis vñ. i. in illis aspiratis pul-  
sus fit interior. i. in gutture: qz in gutture formantur. De-  
die vñ eaz. f. b. d. g. obtinent medium locū: qz nec forman-  
tur circa labia nec in gutture: sicut p. r. in prolatiōe earum:  
sed formant quasi in lingua affixa medio palato qui locus  
est medi<sup>9</sup> inter guttur et labia. Et hec est vna causa qua cō-  
firmat p. r. b. d. g. esse medias pdictaz.

**K. Nullius syllabe potest** esse termi-  
nalis.

**L. quacunqz** consonante sequēte pot antecedē-  
tem terminare syllabā: vt alb<sup>9</sup> vl-  
cus soldū apheus algeo illud ylmus alnus talpa falsit al-  
tus silua mulxi. Q. et r. solis sequētibus non inueni antece-  
dere. l. nam. h. et k. nec pnt post. l. inueniri.

**M. terminat** superiorē syllabaz qñ sequēs syllaba  
icipit. a. b. vel. p. vel altera. m. vt cam-  
bifēs ambo comparo imperiū summ<sup>9</sup> hāmon. vñ versus.  
M. vel. b. vel. p. nusqz vult. n. fore prese. Illius ergo loco  
semp. m. ipse loco. ¶ Notādū qd inuenit an cōiunctio et scri-  
bitur per. n. vt ibi. Eloquar an sileam: et nunqz inuenitur  
in cōpositione. Am aut ppositio nunqz inuenitur in appo-  
sitione: imo semp in compositione: vt. di. dis. re. se. am. con.

**C** Ex predictis p<sup>3</sup> q<sup>3</sup> ante. c. d. t. q. f. nō est scribēda. m. s. n. ut nūcubi: tātundē: eūdē: idētidē: nūngd: anfractus. Et mutat in p<sup>3</sup>dictis. m. i. n. **C** Itē quotiēscūq<sup>3</sup> hec p<sup>3</sup>positio circū cōponit cū dictionē incipiēte a vocali. m. d. s. scribi: s. nō p<sup>3</sup>ferri: vt circūago: circūamict<sup>9</sup>: circūeo. vñ vsus. Circū p<sup>3</sup>posita vocalis si comitē. **M** nō p<sup>3</sup>ferri: s. sola figura tenet. hoc aut fit ne. m. videat syllabicari cū sequēte vocali: et pp<sup>3</sup> sonus difficilē: qz sonus eius terminat labys clausis: s. statiz debēt labia apiri pp<sup>3</sup> sequēte vocalē. vide etiā i circūeo. is. **C** Itē sciēdū q<sup>3</sup> iuenit cō: et cū. Hec p<sup>3</sup>positio cō scripta per o. r. n. nūq<sup>3</sup> in appositionē iuenit: s. i cōpōne tm: Et mutat qnq<sup>3</sup>. n. i. m. et maxie sequēte. b. vt cōburo. m. vt cōmitto. p. vt cōpono. Quū vō scripta p. u. r. m. nūq<sup>3</sup> iuenit i p<sup>3</sup>ōne. Ex quo etiā p<sup>3</sup> q<sup>3</sup> mecū: tecū: secū: nobiscū: vobiscū nō sunt p<sup>3</sup>posita: et cū qnq<sup>3</sup> aduerbiū tpale: vt cū veneris ad me. i. qn. Qnq<sup>3</sup> iunctio adiunctina: vt cū seruias mihi diligo te. Qnq<sup>3</sup> ē p<sup>3</sup>positio fuiēs ablatio: vt vado cū illo ad ecclesiā.

**A. terminat** antecedētē syllabā sequētib<sup>9</sup>. c. vel d. vel. f. vel. g. vel altera. n. vel. q. vel s. vel. t. vel. i. vel. u. etiā p<sup>3</sup> p<sup>3</sup>sonatib<sup>9</sup> positis: vel. x. vt mancus: p<sup>3</sup>duco: p<sup>3</sup>fiteor: p<sup>3</sup>gruus: annus: ingro: p<sup>3</sup>fit: antoni: p<sup>3</sup>iūgo: p<sup>3</sup>uerto: anxi. **N** aut sequēte. b. vel. p. in. m. cōuertit: vt imbuo: ipius. **L**. vō: vel. m. vel. r. sequētib<sup>9</sup> in eas cōmutatur: vt collido: imunis: corūpo. Et pene vbiq<sup>3</sup> con p<sup>3</sup>positio ante dictionē ab. r. incipiētē cōponit. Hoc idē patitur: et hoc recte cū nec in simplicib<sup>9</sup> iueniat dictionib<sup>9</sup>. n. ante. r. nisi forte i aliquo p<sup>3</sup>po noie: vt henricus: conradus. Ex hoc p<sup>3</sup> q<sup>3</sup> de p<sup>3</sup>ōnes. in. et con. si cōponant cū dictionē incipiēte ab. r. vñ. l. p<sup>3</sup>uertit. n. in illas: vt irruo: collido: illudo: corruo. verū: si con cōposita cū dictionē incipiēte ab. r. qnq<sup>3</sup> retinet n. et ideo dicit p<sup>3</sup>is. pene. et fit cā d<sup>3</sup>ie: vt p<sup>3</sup>igo. gas. fuisset enī ibi cōcidētia iter p<sup>3</sup>ma p<sup>3</sup>sonā huius vbi corrigo. gis. et p<sup>3</sup>ma huius verbi corrigo. gas. s. m. quosdā sile iudiciū de silibus habet. **C** Itē scias q<sup>3</sup> hec p<sup>3</sup>positio con qnq<sup>3</sup> in p<sup>3</sup>ōne p<sup>3</sup>dit n. sequēte vocali: vt coeo. is. a con et eo is: subtracta. n. causa euphonie. qnq<sup>3</sup> p<sup>3</sup>uertit. n. in. m. vt comedo. dis. et hoc ē fit causa euphonie: et syllabicat. m. cū sequētē syllabā: et non cū p<sup>3</sup>ma. Et hoc accidit pp<sup>3</sup> mutatiōez p<sup>3</sup>sonatis. **C** Et si obycias: ois p<sup>3</sup>positio ita syllabicanda est in p<sup>3</sup>ōne: sic p se: vt habet a p<sup>3</sup>is. dico q<sup>3</sup> hoc vificat qn p<sup>3</sup>positio remāet itēgra. h aut corripit: cū. n. p<sup>3</sup>uertat i. m. **S** i vltra istes dicēs. g a fili potuit fieri in hoc vbo coeo. is. vt cōuertēret. n. in. m. et dicat comeo. mis. mit. dico q<sup>3</sup> fuisset ibi cōcidētia inter secundā et tertiā p<sup>3</sup>sonā hui<sup>9</sup> vbi como. mis. mit. qre cā vitandi cōcidētia illā nō ibi p<sup>3</sup>uersa fuit. n. in. m. imo subtracta est n. cā vitādī cacephaton. **C** Itē nō q<sup>3</sup> sic dicit Dug. in erge. En apud grecos tātū valet quātū in apud latinos. vñ noia greca siue notha q<sup>3</sup> p<sup>3</sup>dictā positionē habēt in sui p<sup>3</sup>ōne p<sup>3</sup>nt scribi idifferēter mō p en: mō p i: vt entima: et itimēa: enegumin<sup>9</sup> iergumin<sup>9</sup>: encaustū et icaustū: et sic de silib<sup>9</sup> dicas.

**P. nullam** terminat syllabā: nisi sequēs incipiat a p. vt lippus apparet appellatiu<sup>3</sup> op<sup>3</sup> probrium approbatus.

**Q. non potest** terminare syllabā: qz. q. z. k. semper in initio syllabarū iueniunt: et apd antiquos pōebat cui. p. q. sic et qu. p. cu syllaba: et quur. p. cur: vt supra dixi in. q. z. k. de lra. **C** Et scias q<sup>3</sup>. q. nūq<sup>3</sup> pōt syllabicari vel scribi: nisi sequētibus duabus vocalib<sup>9</sup> que sunt in eadē syllaba secū. vñ lz ille ntūs quis scribat per. q. gtūs aut eius nō scribit per. q. sed p. c. vt cuius: qz in cuius. i. cōsonās est nō vocalis. Patet etiā ex hoc q<sup>3</sup> equis equi: et equus equa equū: et filia debēt scribi p duo. u. vocalia ambo: vt supra dixi in. u. p<sup>3</sup>sonate vbi egi de littera.

**R. quacumq<sup>3</sup>** cōsonate sequente pōt terminare p<sup>3</sup>iorē syllabā: vt morbus: parcus: ordo: p<sup>3</sup>ficio: corfiniū oppidi nomē: margo: p<sup>3</sup>bibeo: p<sup>3</sup>lego: p<sup>3</sup>

luceo: iterluniū: carnē: carnis: corpus: argpotēs: arquiten<sup>9</sup> cursus: morsus: artus: piurus: curius: xerxes. In qbusdam tñ cōpositis inuenio. l. in. r. p<sup>3</sup>uertit: vt itelligo et pellicio p i terlego: et p<sup>3</sup>licio: pellego p<sup>3</sup>plego: pelluceo p<sup>3</sup>perluceo.

**S. nullam** supiozē syllabā terminat in simplici dictione: nisi sequēs incipiat ab eadē: vt casus: et nisi in cōpositis ab his p<sup>3</sup>sonatib<sup>9</sup> incipiat. s. c. f. g. m. p. t. vel. i. z. u. p<sup>3</sup>sonatib<sup>9</sup>: vt obscurus: discutio: trāsfero: transfredior: trāsmeo: displicz: distermiat: disūgit: trāsuebo. In oib<sup>9</sup> p<sup>3</sup>dictis p<sup>3</sup>ōnib<sup>9</sup> est. s. terminalis p<sup>3</sup>ōnis. Nā in simplicib<sup>9</sup> dictionib<sup>9</sup> necesse ē. s. z. c. eē eiusdē syllabe: vt pascua luscus. **M**. etiā vel. p. vel. t. sequēte. s. in simplici dictione. s. eiusdēz syllabe secū est: vt cosinus: p<sup>3</sup>sper: testis. Et scias q<sup>3</sup> p<sup>3</sup>is. in li. y. maio. obscure determinat de. s. **C** Scire etiā debes q<sup>3</sup> ait p<sup>3</sup>is. in. xiiij. li. Ab. m. vel. u. loco p<sup>3</sup>sonatis incipietib<sup>9</sup> solet in cōpositione p<sup>3</sup>poni. a. vt amēdo: amens: aueho: ante. q. in appositione abs: vt abs quolibet. ante. c. vero vel. t. in. cōpositione: vt abscondo: abscedo: abscido: abstrahō: obstruo: abstineo. frequētī tamē. a. z. ab. z. abs. vbi passuis vel ablatiuis iungunt: vt amor a viro vel ab illo: accipio ab illo: vel abs quolibet aufero: vel ab illo aufero. Hec p<sup>3</sup>iscianus. Abs etiā in appositione inuenit cū dictione incipiēte a. t. vt puce hoc abs te. De abs ēt dixi in b. Itē vt dicit p<sup>3</sup>is. in. i. q. li. Hec p<sup>3</sup>positio trans et p<sup>3</sup>ponit et sepat: vt transuebo: trāsfero: trans padū: trās tybrim. et qn cōponit cū dictionē incipiēte a. d. vel. n. vel. i. cōsonante amittit ns: vt trado: traduco: trano: traycio: traieci: cum. i. vō vocali remanet integra: vt trāsitus: et ēt cū alyz vocalib<sup>9</sup> vt transactus: transeo. Ex dictis p<sup>3</sup> q<sup>3</sup> in Mat. i. ca. vñm est cūz nollet eā traducere: vt abyciat: tā in scriptura q<sup>3</sup> in p<sup>3</sup>nūciatione ns. **C** Itē vt in eodē lib. dicit p<sup>3</sup>is. Di vel dis p<sup>3</sup>positiōes semp in p<sup>3</sup>ōne iueniunt: et hnt eandē significationē quam ab et abs: sūt aut sepatine: vt diuido dis. diduco: distraho: discuro: qd dia p<sup>3</sup>positio apud grecos facit. **C** Et sciēdum q<sup>3</sup> tūc dis p<sup>3</sup>ponit qn sequit. c. vel. f. vel. p. vel. s. vel. t. vel. i. loco cōsonatis: vt discūbo: discutio: differo: diffido: diffundo: in qb<sup>9</sup>. s. in. f. p<sup>3</sup>uertit euphonie cā. displiceo: disputo: disycio: differo: distraho: distribuo: distorqueo: disiect<sup>9</sup>: disūgo. Alyz vō qbuscūq<sup>3</sup> p<sup>3</sup>sonatib<sup>9</sup> sequētib<sup>9</sup> di p<sup>3</sup>ponit: vt dignosco: dimitto: diduco: digero: diluo: diruo: et vbiq<sup>3</sup> p<sup>3</sup>duci tur di: excepto dirimo et disert<sup>9</sup>. Luca. i. 5. Et nō admisse dirimit suffragia plebis. Dora. Secūdi calices que nō fecere disertū. Cōponit aut dirimo a di et emo iterposita. r. cā euphonie. disert<sup>9</sup> vō componit a. di. et ars iterposita. s. **C** Et nota q<sup>3</sup> di qnq<sup>3</sup> cōponit cū dictionē incipiēte a vocali: et tunc aliqui recipit eā euphonie vel cā vitādī hiatū: vt dirimo. Qnq<sup>3</sup> recipit. s. vt disert<sup>9</sup>. Tñ scias q<sup>3</sup> bis et tris cū componuntur cum dictionē incipiēte ab f. abyciūt. s. et p<sup>3</sup>ma corripit. Nā. i. añ. f. siue ph. p<sup>3</sup>duciē vt ripheus: p<sup>3</sup>ter p<sup>3</sup>posita a. numeris: vt bifidus: trifidus: bifari<sup>9</sup>: et similia.

**T. si superiozem** finit syllabā necē ē sequēte quoq<sup>3</sup> ab ea icipe: vt omitto quotta attic<sup>9</sup> attiet. Si opponat de atq<sup>3</sup> atubi: astubi vtq<sup>3</sup> postq<sup>3</sup>. Dico q<sup>3</sup> nō sūt pp<sup>3</sup>rie p<sup>3</sup>ōnes: sed poti<sup>9</sup> qdā irregularis dictionū aggregatiōes: et sic obiectio cessat.

**X. nullam** terminat syllabam in media dictione nisi in compositis a p<sup>3</sup>positione ex q<sup>3</sup> integra manere pōt sequente. c. vel. p. vel. q. vel. t. vt excurro expello exquiro extendo. S. etiā sequente ex abyci<sup>9</sup>. s. vt exequor. vñ versus. X. p<sup>3</sup>cedente cadit. s. de pte sequente. L. quoq<sup>3</sup> sequente inuenit in hoc noie exlex ex itēgra. S. enim sequēte in eā cōuertit. x. vt efficio effundo effero. L. etis vō cōsonatibus sequētib<sup>9</sup>. e. nō ex p<sup>3</sup>poni solet. ita dicit p<sup>3</sup>is. in. z. maio. In. i. q. aut lib. sic dicit. Etiam in appositione et compositione inuenit ante. b. d. g. l. m. n. r. et añ. u. z. i. loco cōsonantium positas: vt ebibo educo egero cludo

emineo: enarro: eruo: eripio: eueho: encio: quod componit ab e. r iacio conuersa. a. in. i. vii d3 scribi p duo. y. Reliquis vo psonatib9 sequentib9 ex ppoit no. e. f. c. vt excubo. f. vt efficio: effudo: effero: i qb9 r silib9. x. in. f. comutat euphonia ca. b. vt horreo: exhorreo: exhibeo. p. vt expello. q. vt exgro. t. vt extedo. Uocalib9 quoq; sequentib9 ta i appone q3 in copone ex pponit: vt exaro: exegi: exigo: exolet9: exulcero: exequatur: exaudio. Si vo sequete. x. abycif. s. vt exequoz ab ex r sequoz. ¶ S3 qrit de hoc q dicit Prif. q in. x. nulla syllaba terminat i media dictioe: nisi i copositis a ppone ex. q i tegra manere pot sequete. c. r. Inuenit. n. instatia in dextro: dextrosus: sexceti: sexdecim: text9: sexaginta: r silibus. ¶ Ad hoc dico q Prif. hic obscure locut9 e. vii pdicta vba eius a diuersis diuersimode exponunt. Quidam. n. dicunt q itelligunt de copositis r no simplicib9: r sic no e obiectio d text9: q3 simplex e. q aut desinat in. x. in media dictioe: testat Prif. dices in. xi. lib. X. ancedete vnu iuenio in tus: vt a texo text9. sic g itelligit de copositis: s3 qda coartat hac regulam ad coposita ab aliq ppone: r sic no esset obiectio de sexdecim: q3 no est copositu a ppone: s3 a noie: r tuc est sensus. Nulla syllaba in iuctura coponis dfinit in. x. in aliqb9 copositis a ppone: nisi in copositis ab ista ppone ex. q integra manere pot sequete. c. r. ¶ Quidam vero dicunt q gna liter itelligedu e qd dicit Prif. Na nulla syllaba in iuctura coponis desinat in. x. nisi in copositis ab ex. ¶ Si g obycia tur de dextrosus: dico q. x. no est ibi in iuctura copositio nis: siue in media dictioe: seu in fine pmi coponentis: imo e ibi. r. Lponit. n. a dextera r versuz. ¶ Et scias q tuc dicit x. poni in iuctura pponis qn e finis pmi coponentis: r nihil addit iter coponeta. ¶ S3 tuc opponit de. x. sexceti: quia hic. x. e in iuctura pponis. Lponit. n. a sex r ceti. Ad hoc dicunt qda q secceti p. s. d3 scribi: q3. x. mutat i. s. Alij dicunt q. x. abycif: r sic secceti: r sedecim scribunt sine. s. r. x. r hoc magis mihi placet. Sexaginta eni coponit a sex r gentos: qd e decc. vii no e ibi. x. in iuctura pponis: q3. a. apponit r addit inter coponeta. vii nihil phibet gn scribat p. x. Alij qui sut q itelligit pdicta regulam in simplicibus r copositis. vii sic exponit vba Prif. In. x. nulla syllaba terminatur in media dictioe. nisi sequete. c. vel. p. vel. q. vel. t. r hoc appareret i copositis a ppone ex. q integra manere pot in his vbis: expello: excurro: exgro: extedo. Prdicta regula sic itelle eta e plana: r vificat ta i simplicib9 q3 i copositis gnaliter.

**Y. vocalis** est: r io pot terminare syllaba: r incipere quacumq; consonante sequente vel pcedente: sicut omnes vocales faciunt.

**3. in peregrinis** dictionib9 semp in principio inuenit syllabe. Et si antecedit alia syllaba necesse est eaz vel in vocali desinere: vt gaza. vel in. n. vt melazotos. vel in. r. vt ariobarzanes. ¶ S3 opponit de achaz vbi. 3. non in principio: sed in fine syllabe est. ¶ Pot raderi q nome hebreu est. Prif. aut de latinis vl grecis dictionib9 itelligit. ¶ Et scias q pegrinu hic pprie appellat grecu. Aliqn aut sub pegrino coprehedit greca dictio r barbara. aliqn ois dictio q no est in ppria lingua.

¶ De quatuor accidentibus syllabe.

**Diximus** de litteris terminatib9 syllaba: nunc de accidentib9 syllabe dicam9. ¶ Scias g q vnicuiq; syllabe accidit tenor: spūs: tps: numerus lrarum. Tenor: acutus vel grauis vel circūflexus. in dictioe tenor siue accētus certus absq; ea dictione icert9: no pot tñ sine eo ee. Silr spūs asper vel lenis. Tps vnu vel duo: vel etiā vt quibusda placet vnu r semis: vel duo r semis: vel tria. vnu: vt si vocalis est breuis p se: vt eo: vel etiā in vno cōsonans simplex sequat: vt caput. vnu r semis in cōib9: vt laebyme. ¶ Et sciēdu q no solū ante. l. vel. r. s3 etiā ante. m: vt supra docuimus: r. n. posite mute faciūt cōes. ¶ P. m.

ante. n. posita faciūt quidē cōes syllabas. Illud quoq; no ē ptermittēdu q trib9 psonatibus sequētib9 pot fieri cōis syllaba qn i principio syllabe sequētis post vocalē correpta s. r muta: r post eā ligda sequit. Quippe cū. s. i metro subtrahi more soleat veterū: vt Hora. sermonū. li. i. Liquim9 infani ridētes pnia scribe. In longis nā vel positione duo sunt tpa: vt dos: ars. Duo r semis: qn post vocalē nāliter lo gaz vna sequit psonas: vt sol. Tria qn post vocalē nāliter longā due psonates sequunt: vt vna duplex: vt mons: rex. Tñ in metro necesse est vnāquāq; syllabaz vel vnus vel duū accipi tēpoz. Numerus. s. litterarū accidit syllabe: q3 vt supra diximus no minus q3 vnus: nec plus q3 sex litterarū apud latinos potest inueniri syllaba.

¶ Prima pars huius operis de orthographia explicat. ¶ Secda pars de accētū: siue secundus liber incipit.



**Xpleta** iaz per gratiā dei prima parte hui9

opis: q ē orthographia: nūc de scda pte. s. de accētū videam9. ¶ De accētū aut h9 mō dicem9. p ostēdem9 qd sit accētus: r quot sunt. 29 ponem9 regulas generales accētus: r qōnes circa eas. 39 manū

festabim9 q r quot loca obtineat accētus: r qre. Quarto at ponem9 qsdā regulas gnales valētes ad accētū cuiuslibet syllabe. Quinto subiūgem9 regulas spales de accētū pme syllabe r medie syl. r sumat h largo mō accētus et ad tps. 69 dicem9 de accētū ptiū ideclinabiliuz. 79 de sex ipedi mētis accēt9: r de dubys circa ea. De accētū gnali.

**Accentus** est regularis modulatio vocis scā in significatiua pnūciatiōe pncipalr adiacens vni syllabe. regularis dī ad dīaz metricae modulatio nis: r mellite: q accētū nō pficit regularē. Adiacet at accētus pncipalr vni syllabe: q3nis fm ipz total dictio iudicet. Et dī accēt9 ab accinēdo. i. ad significādū aliquid canēdo: qm accēt9 ad hoc iuet9 est: vt significatio dictōis meli9 distinguat. Tres aut sūt accent9. s. acut9: grauis r circūflex9. Acut9 fit per eleuationē vocis. vt in pma syllaba h9 nois dñs. Grauis fit p iclinationē vocis: vt p3 i media r vltima syllabis h9 nois dñs. Circūflex9 aut fit p prim p eleuationē: p prim p iclinationē vocis: vt p3 in penul. h9 ifinitiuū amare. vii dicit Prif. in li. de accētū. Accēt9 acut9 iō iuent9 est: q3 acuit siue eleuat syllabā: grauis vo eo q depmat atq; dponat. Circūflex9 iō q3 depmat r acuat. ¶ Et nō q qda dñt circūflexū nihil ee in tpe nro: ponētes illū sub acuto: s3 errāt penit9 nām r artē loquētes: q3 h9 acutū r graue opz mediū iueniri. Duo vo sūt pncipales accēt9. s. acut9 r circūflexus: grauis. n. est scdari9. ¶ In nulla g dictioe pnt ee sil acut9 r circūflex9: nec duo acuti: nec duo circūflexi. Dabitō g accētū alie9 dictōis acuto vel circūflexo: reliq syllabe eiusdē dictōis grauant. ¶ Et h9 obfuaē i simplici dictioe: vt roman9. r in ppositis: vt malesan9: vno. n. accentu regie pncipali. ¶ Notā9 ē g q nulla syllaba breuis circūflectit.

Itē ois dictio monosyllaba nāl9 breuis acuit: vt qs dur: nāl9 lōga circūflectit: vt sol: r pax. ¶ Itē in bisyllabis si p fuerit lōga nāl9: r vlt. breuis: pma circūflectit: r vlt. grauat vt ham9: r vrbe. In oibus alijs bisyllabis acuit pma. r vlt. grauat: siue ambe sint lōge: vt estas: siue breues: vt mare: siue pma breuis r vlt. lōga: vt amat: siue sit pma breuis nāl9: s3 lōga positioe: vt frāgo: parco: arceo: fontes: nact9: ces si: geili. In polysyllabis. i. in trissyllabis: r sic deinceps. si penul. breuiet: anpenul. acuit: vt dñs r mia. Reliq grauat. Si vo penul. sit lōga nāl9: s3 vlt. breuiet: penul. circūflectit: vt amare. In reliqs aut polysyllabis penl. acuit: r reliq grauant siue penul. r vlti. pducant: vt amarēt. siue penul. sit breuis nāliter: sed lōga positioe: vltima exñte longa seu breui: vt pstringit: vel pstringit pstringunt.



Questiones circa Accentum.

**Ad maiorem** intelligentiam predictarum regularum a. p. r. f. traditarum: hic aliqua dubia tabilia moueam. **¶** Quero igitur per quod sit tempus productum: et quod correptum. Ad hoc dico quod tempus correptum dicitur hoc in quo grauior vox vel syllaba aliqua: ita quod non possit grauiari in minori: ad hoc quod saluetur species illius littere vel syllabe. Tempus vero productum dicitur ipsius temporis correpti geminatio. **¶** Et si obiciatur: omne continuum est diuisibile in infinitum: et tempus est huiusmodi. igitur poterit in infinitum diuidi. Dico quod tempus seipsum et per nas per se est diuisibile in infinitum: sed in comparatione ad formam vocis placita in specie non est diuisibile in infinitum. potest enim aliquid in se esse diuisibile in infinitum: in comparatione tamen ad formam rei simpliciter: vel ad formam rei relata ad motum non est diuisibile in infinitum. verbi gratia. Caro secundum suam quantitatē: secundum quam quanta diuisibilis est in infinitum. si tamen diuidatur actu contingit deuenire ad quantitatem: quam non est ultra diuidere ad hoc quod maneat species carnis. Sicut et ignis diuisibilis est secundum quantitatem in infinitum. si tamen diuidatur actu aliquando est indiuisibilis ratione speciei. Contingit enim per diuisionem venire ad minimum ignis: quod si habeat formam ignis et species: et possit ulterius diuidi manente forma et specie ignis: non tamen potest ulterius diuidi per species: ita quod maneat motus sursum: et ita quo ad formam relata ad motum est aliquando ignis indiuisibilis: quod tamen de se est diuisibilis in infinitum. Sicut autem est et in successiuis: sicut in voce et in tempore commensurate ipsarum. nam quibus tempus secundum se in infinitum sit diuisibile: tamen comparatio ipsius ad voces quam mensurat: manifestum est quod contingit vocem grauiari in aliquo tempore tam paruo quod si grauiaretur in minori non saluaretur in eo species vocis: et tale tempus dicitur hic correptum. et huius geminatio constituit tempus productum: quibus de se sit diuisibile in infinitum: quia sic non sumitur tempus productum. sed per geminato tempore correpto sicut dictum est. scilicet quod est indiuisibile non in se: sed in comparatione ad vocem siue ad ipsarum formam vocis. sic autem non est indiuisibile in infinitum. **¶** Item queritur cur tanta videatur esse mora in graui accentu quanta in acuto secundum eleuationem: quod magis ponitur acutus esse accentus principalis quam grauis: quare ergo ponuntur alij accentus a graui esse principales: et grauis non. **¶** Ad hoc respondeo quod accentus principalis fit propter sonoritatem. sonoritas autem magis habet per eleuationem quam per depressionem. et propterea accutus qui consistit in eleuatione magis constituitur principales quam ille qui consistit in depressione. sed acutus et circumflexus magis consistunt in eleuatione: et grauis magis in depressione: et propterea ponuntur acutus et circumflexus esse principales: et grauis non. quod autem sonoritas magis habet per eleuationem quam per depressionem sic ostenditur. Mora maior maiorē causat sonoritatem: sed maior est mora in eleuatione quam in depressione. ergo maior sonoritas. Et quod maior sit mora in eleuatione quam in depressione sic ostenditur. Eleuatio non fit nisi per motum instrumentorum sursum. Depressio vero per motum eorum rē deorsum. Sed ipsa istra quam sint grauiata naturaliter mouentur deorsum: non autem sursum nisi per violentiam: et ideo facilius mouentur ad depressionem quam ad eleuationem: et ideo minor fit mora in depressione quam in eleuatione: quare quam in accentu graui fiat depressio: in alijs autem eleuatio minor fit mora in ipso quam in alijs: et ita minor sonoritas. **¶** Si autem dicas quod circumflexus consistit tam in eleuatione quam in depressione: et ita quatenus erit accentus principalis eate nus erit et non principalis: iam per solutionem. maior enim mora fit in eleuatione quam in depressione: et ideo maior sonoritas fit et magis consistit et principalis in eleuatione quam in depressione. Et ideo ratione eleuationis dicitur principalis: et ratione depressionis secundarij. **¶** Item queritur quare tamen vni accentus principalis dicitur esse vni dictionis. **¶** Solutio. Accentus principalis est ad continuandum partes dictionis sic quod fiat tanquam vnum male respectu significatiōis et presentande. Hoc autem maxime fit per aliquod vnum continuans: quare necesse est esse in dictione vnicū accentū principale continuan-tem eius partes ad quē relique syllabe dictionis inclinant: quē admodum omnes partes corporis ad vnam cōeque perfectionem principales inclinant: in quibus sunt partes vnius. **¶** Item queritur

